



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 100. Ducatus Mediolanensis a Ludovico usurpatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV. haustus absumeretur, nec leve huic opinioni argumentum adjecit Theodorus de Papia Regis Medicus, qui, Carolo juvenem hunc Ducem invidente, præfens testatus est, in hoc morbo manifesta hausti veneni indicia deprehendi.

## §. C.

*Ducatus Mediolanensis a Ludovico usurpatus.*

*Guicc. ibid.* **L**udovicus comperta Nepotis sui morte, nulla mora Mediolanum contendit, atque Senatum convocavit; cumque Senatorum præcipuos ad suas partes traxisset, hi in Ludovici gratiam exponunt, Mediolanensem ditionem ab hostium copiis undique premi, jamque intra ipsa Ducatus viscera unum exercitum graffari, duos alios in finibus consistere; imparem ergo esse tuendo imperio juvenem Ducem, natu quidem maximum, sed non nisi puerum quinquennem, hinc Virum requiri prudentia atque auctoritate magnum, qui vacillantem Ducatum sustentaret. Jam vero neminem Ludovico potentius a patria avertere posse imminems periculum, proin solum illum velut Ducem salutandum, atque ad acceptandam, quam recusasset, dignitatem compellendam esse. Hæc ratio vix proposita, jam ab aliis, quorum suffragia auro emebantur, suo

suo quoque calculo comprobata fuit, re-Sæcul.XV.  
 liquis Senatoribus ne hiscere quidem au- A.C.1494.  
 dentibus; sicque Ludovicus ambitionem  
 suam ad optatum finem perduxit, qui ta-  
 men fidelitatis Sacramentum a suis re-  
 cipere nonnihil per simulationem relu-  
 ctabatur. Cum vero eo temporis mo-  
 mento, quo promiserat, ad Regem rever-  
 sus non esset, hæc cunctatio haud mo-  
 dice conceptam de ejusdem integritate  
 suspicionem auxit, animisque cunctorum  
 ea insedit opinio, Ludovicum aliena ope  
 haud ultra indigum, abs dubio Gallo-  
 rum studia communi Italæ utilitati om-  
 nino posthabitum, imo etiam, ut haud  
 temere credebatur, ad extremum Galli-  
 ci exercitus exitium eidem transitum,  
 viasque interclusurum: Unde, num ul-  
 terius progredi ac majora tentare con-  
 sultum foret, convocato Regis Senatu  
 deliberatum est, plurimorum suffragiis  
 redditum suadentibus.

### §. CI.

#### *De itinere versus Neapolin consultatum.*

Attamen cum Ludovicus reverteretur,  
 Rex ejus adventu permotus, cum  
 exercitu suo Neapolin versus progredi sta-  
 tuit, quod tamen iter an arripiendum esset,  
 non una omnium erat sententia. Equi-  
 pp 3 dem